

## 6. QUALITAS.

### A. COLOR.

Vide quae de coloribus sunt dicta in Terminis Entomologicis.

- 368. *Collare*, *striga* collum cingens.
- 369. *Torques*, *fascia* collum cingens.
- 370. *Linea*, est longitudinaliter extensa aequali sed tenui latitudine.
- 371. *Fascia*, transversalis latiori plaga extensa.
- 372. *Strigae*, fasciae tenuissimae capilli instar.
- 373. *Striae*, sunt lineae latiores.
- 374. *Puncta*, sunt maculae subrotundae minores, praecipue nigrae, vel obscurioris coloris quam reliqua.
- 375. *Guttae*, sunt maculae subrotundae majores albae in parte obscuriore.
- 376. *Maculae*, sunt partes majores colore differenti notatae quam reliqua.
- 377. *Ocelli*, sunt maculae orbiculatae, in medio cocentrice diversicolores.
- 378. *Scolopaceus color*, fusco griseoque nebulosus.
- 379. *Nebulosus*, duobus coloribus per frigas undulatas mixtis.
- 380. *Griseus*, ex fusco et ochraceo commixtus.

### B. MENSURA.

Vide mensuras in Terminis Botanicis.

## 7. USUS.

### A. NATURALIS.

*Oeconomia naturae* ejusque *Politia* in compescendis et disseminandis speciebus.

### B. ARTIFICIALIS

I. *CULINARIS*, pro cibo, *Gallinarum* et *Anserum* imprimis, praeterea *Grallae* et *Passeres*, et *Ova*.

II. *DIAE*.

II. DIAETETICUS, qui sunt edendi in certis morbis,  
et quae remedia ex avibus petenda.

III. OECONOMICUS.

- a. *Venatus*, Falcones.
- b. *Piscatus*, Pelecanus Piscator a Chinesibus adhibitus  
annulo aeneo collum ambiente.
- c. *Custodia avium domesticarum*, contra Accipitres et  
Vultures, *Parrae Chavariae*.
- d. *Educatio*, Gallinarum et Anserum pro mercatu et in  
cibum.
- e. *Scriptura*, remiges Anserum, Corvorum et Cygnorum  
ad scribendum adhibitae.
- f. *Culcitae et pulvinaria*, farctae plumis pennisque an-  
serum, imprimis *Anatis mollissimae*.

IV. METEOROLOGICUS ad praefagiendas tempesta-  
tes et mutationes aëris, ventorum, etc.

8. ORDINUM CHARACTERES  
ET GENERUM.

A. ACCIPITRES, rostrum, e mandibula superiore, an-  
gulum utrimque exferens.

1. VULTUR, *rostrum* aduncum, *caput* denudatum.
2. FALCO, *rostrum* aduncum, basi *cera* tectum.
3. STRIX, *rostrum* aduncum, absque *cera*, remige  
primo vel secundo ferrato, *capistro* reverso.
4. LANIUS, *rostrum* rectiusculum, absque *cera*,  
emarginatum, s. *dente* utrimque.

B. CLIVIAE, i. e. prohibitoriae s. clamatoriae aves. (*Le-  
virostris*, Blumenbachii Prof. Goetting.)

5. PSITTACUS, *rostrum* cera obductum, adun-  
cum, *lingua* carnosa, *pedes* scanforii.

C

6. RAM-